

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Relinquere ae
cum fonte primo

Nonnullos huius mundi maximas
facultates et non solum
multi auri et argenti talenta,
uerum et prediorum magnificentiam
contempnentes post hec uidimus
pro capello, pro graffo, pro acu,
pro calamo commoueri.
Qui si utique contemplationem
mundi cordis fixam tenerent,
nunquam utique pro paruis rebus
amitterent quod ne pro magnis ac
preciosis incurrerent operibus easdem
penitus abicere maluerunt.

Idem (Iohannes Cassianus) in collatione
abbatis Moysi I.

Hinc namque est quod
nonnullos mundi huius maximas
facultates et non solum
multa auri atque argenti talenta,
uerum etiam praediorum magnificentiam
contempnentes post haec uidimus
pro scalpello, pro graphio, pro acu,
pro calamo commoueri.
qui si contemplationem
cordis mundi fixam tenerent,
numquam utique pro paruis rebus
admitterent, quod ne pro magnis ac
pretiosis incurrerent opibus, easdem
penitus abicere maluerunt.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,
1, 6, 1 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,
p.12, ll.7-14).